

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

stellung, sondern auch friedlichen und unverzüglichen Abzug aus diesem Land versehen, und thun uns Gottes Gnad befehlen. Datum Linz den 25. Dezember 1610.

*N. der vier Ständ einer ehrsamten Landschaft des Erzhh. Oest. ob der Enns Verordnete, und die ihnen adjungirte gevollmächtige Ausschüss.*

## Beilage Nr. 10.

Ständisches Schreiben an den Palatinus von Ungarn.

Praemissa servitiorum nostrorum oblatione promptissima, saluteque plurima. Summum periculum, Illustrissime et Magnifice Domine Palatine! in quo versamur, fecit, ut Illustr. et Magnif. Dominationem Vestram celerrimis hisce nostris compellaremus. Scire igitur Eandem volumus, militem illum Passaviensem, qui nostris haecenus inhaesit finibus, vigesima prima proxima, simulato aliquamdiu in Bohemiam discessu, omnibusque ad profectionem dispositis, mutato quasi uno temporis momento itinere in hanc nostram provinciam invasisse ex improvise. Licet vero adhuc cognitum nobis perspectumque esse non possit, quem sibi certo finem habeant propositum, cum et palam prae se ferant, et per legatos nudius tertius obsidum loco huc missos persuadere nobis conentur, nihil se aliud praeter transitum ad comitatum Tyrolensem, quem sibi per nos liberum esse cupiant, quaerere, ideoque nihil a se nobis periculi esse pertimescendum: attamen cum haec ab ipsis, insalutata prorsus et Regia Majestate, et nobis, de facto sit attentata terrae nostrae invasio; via insuper, in Tyrolem quae ducit, ab omni parte per vicinos sit praeclusa: maximum hinc discrimen et Sac. Reg. Majestati, et huic nostrae, nec non etiam provinciis confinibus paratum esse colligimus.

Etsi vero nihil haecenus intermiserimus eorum, quae ad hostilem incursionem impediendam pertinere visa sunt: unde etiam factum, ut, licet a Reg. Majestate post proximam Viennensem transactionem, insuperque tot tantisque Electorum, Archiducum, et Principum Imperii promissam sancte obsignatamque pacem omnes copiae dimissae sint, nos nihilominus sexcentos expeditos milites retinuerimus, et praeterea ita rationes disposuerimus nostras, ut ex provincialibus trigesimus, decimus, et quintus quisque signo dato compareat: cum tamen tanto hosti, praesertim si vires sumpserit majores, pares esse